

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani

[S.I.], 1745

[Ad Vespertas]

[urn:nbn:de:bsz:31-139978](#)



DOMINICA

AD VESPERAS.

Pater noster. Ave Maria.

V. Deus in adjutorium. ut suprà pag. I.

Antiphon.



Dixit Domini nus.

Et non repetitur in Psalmo: quod semper fit,
quando Antiphon. incipit à primo versu Psalmi.

Temp.

Pasch.

Antiphon.



Al le lu ia. 7.

Sub qua sola Antiphona dicuntur omnes Psalmi
Vesperarum, tam in Dom. quam in Fer.

Psalm. 109.

DIxit Dominus Domino meo: * sede à dextris
meis.

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum
tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: * do-
minare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus
sanctorum: * ex utero ante Luciferum genui te.

Juravit Dominus, & non paenitebit eum: * tu es
sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchi-
sedeck.

Dominus à dextris tuis, * confrègit in die irae suæ
reges. Ju-

AD VESPERAS.

61

Judicabit in nationibus, implabit ruinas: * con-
quaſſabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exaltabit ca-
put.

Antiphon.

Dixit domi nus domi no
me o, se de à dex tris me is.

Antiphon.

Fi de li a. 4.

Psalm. 110.

Confitetur tibi Domine in toto corde meo: * in
consilio justorum, & congregacione.

Magna opera Domini: * exquisita in omnes volun-
tates ejus.

Confessio, & magnificētia opus ejus: * & justitia
ejus manet in sēculum sēculi.

Memoriam fecit mirabilium suōrum, misericors, &
miserator Dominus: * escam dedit timētibus se.

Memor erit in sēculum testamēti sui: * virtūtem
óperum suōrum annuntiābit pōpulo suo.

Ut det illis hēreditatēm géntium: * ópera mānuum
ejus vēritas & judīcium.

Fidēlia ómnia mandāta ejus: confirmāta in sēculum
sēculi, * facta in veritatē, & æquitatē.

Re-

Redemptiōnem misit pōpulo suo: * mandāvit in
ætérnum testaméntum suum.

Sanctum, & terribile nomen ejus: * initium sapiē-
tiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * lau-
datio ejus manet in sæculum sæculi.

Antiphon.

Fi de li a om ni a man da ta

e jus con fir ma ta in sæ cu lum sæ cu li.

Antiphon.

In man da tis.

Psalm. III.

BÉatus vir, qui timet Dóminum: * in mandatis
ejus volet nimis.

Potens in terra érit semen ejus: * génératiō rectō-
rum benedicētur.

Glória, & divitiæ in domo ejus: * & justitia ejus
manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen tētis: * misericors,
& miserátor, & justus.

Jucundus homo, qui miseretur, & cōmodat, di-
spōnet sermōnes suos in iudicio: * quia in ætér-
num non commovébitur.

In memoriā æterna erit justus: * ab auditōne ma-
la non timēbit.


Pa-

Parátum cor ejus sperâre in Dómino, cofirmátum
est cor ejus: * non commovébitur donec despí-
ciat inimícos suos.

Dispérfit, dedit paupéribus: iustitia ejus manet in
sæculum sæculi, * cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, & irascétur, déntibus suis fremet,
& tabescet: * desidérium peccatórum peribit.

Antiphon.



In mandatis e jus cu pit ni mis.

Antiph.



Sit nomen Domini.

7.

Psalm. 112.

Laudáte púeri Dóminum: * laudáte nomen Dó-
mini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc, &
usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudabile nomen
Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * & super
cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábi-
tat, * & humília réspicit in cœlo, & in terra.

Súscitans à terra inopem, * & de stercore érigens
páuperem.

Ut collocet eum cum princípibus, * cum princípi-
bus pópuli sui.

Qui habitare facit stérilem in domo, * matrem fi-
liorum lætantem.

Sit

Antiph.

Sit nomen Do mi ni be ne dictum

in sae cu la.

Antiph.

Nos, qui vi vi mus. Ton. irreg.

Psalm. 113.

In ex i tu If ra el de AEGypt o,*

Do mus Ja cob de po pu lo bar ba ro.
 Facta est Judæa sanctificatio ejus, * Israel potestas ejus.
 Mare vidit, & fugit: * Jordani convexus est retrorsum.

Montes exultaverunt ut arietes: * & colles sicut agni ovium.

Quid est tibi mare, quod fugisti: * & tu Jordani,
 quia convexus es retrorsum?

Montes exultasti sicut arietes * & colles sicut agni ovium.

A facie Domini mota est terra, * à facie Dei Jacob.

Qui

AD VESPERAS.

65

Qui convertit petram in stagna aquarum, * & ru-
pem in fontes aquarum.

Non nobis Dómine, non nobis: * sed nōmini tuo
da gloriā.

Super misericordia tua, & veritāte tua: * nequán-
do dicant gentes: ubi est Deus eorum?

Deus autem noster in cœlo: * ómnia, quæcunque
vóluit, fecit.

Simulácrum géntium argéntum, & aurum, * ópera
mánum hóminum.

Os habent, & non loquéntur: * óculos habent, &
non vidébunt.

Aures habent, & non aúdient: * nares habent, &
non odorábunt.

Manus habent, & non palpábunt: pedes habent, &
non ambulábunt: * non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant, qui faciunt ea: * & omnes, qui
confidunt in eis.

Dómus Israel sperávit in Dómino: * adjútor eórum,
& protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino: * adjútor eó-
rum, & protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino: * ad-
jútor eórum, & protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri: * & benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Israel: * benedíxit Dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus, qui timent Dóminum, * pulsi-
lis cum majóribus.

Adjiciat Dóminus super vos: * super vos, & super
filios vestros.

Benedícti vos à Dómino: * qui fecit cœlum, & terram.

E


Cœ-

Cœlum Cœli Dómino: * terram autem dedit filiis
hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómine: * neque omnes,
qui descéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex
hoc nunc, & usque in sacerdolum.

Antiphona.



Nos, qui vi vi mus, be ne di ci mus Do mi no.

Tempore Paschali.



Al le lu ia, al le lu ia, al le lu ia.

*A Dominica II. post Epiph. usque ad Septuag. &
III. post Pentecost. usque ad Advent.*

Capitulum per Annum. 2. Cor. 1.

Benedictus Deus, & Pater Dómini nostri JEsu
Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius
consolatiōnis, qui consolátur nos in omni tribulatiō-
ne nostra. Rx. Deo grātias.

HYMNUS.



L U cis Cre a tor optime, lu cem di e rum
pro-

AD VESPERAS.

67



Qui manè junctum vesperi
Diem vocári præcipis,
Illábitur teturum chaos,
Audi preces cum fléribus.

Non mens gravata crimine,
Vitæ sit exul munere,
Dum nil perenne cogitat,
Seséque culpis illigat.

Coelesti pulset ostium:
Vitâle tollat præmium:
Vitêmus omne noxiū:
Purgêmus omne pessimum.

Præsta Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum. Amen.

- ℣. Dirigâtur Dómine oratio mea.
℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Prædictus Hymnus cum suo versu dicitur à Do-
E 2 min.

*min. II. post Epiph. usque ad Domin. I. Quadragesim.
et à Domin. III. post Pentecost. usque ad Adventum.*

CANTICUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Luc. i.


Magnificat * áнима mea Dóminus.
Et exultávit spíritus meus: * in Deo salutári meo.
Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ: * eccé enim
ex hoc beatam me dicent omnes generatioñes.
Quia fecit mihi magna, qui potens est: * & sanctum
nomen ejus.

Et misericórdia ejus à progénie in progénies * ti-
mémentibus eum.
Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérserit supér-
bos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * & exaltávit húmiles.
Esuriéntes implévit bonis: * & dívites dimisit inánes.
Suscépit Israél puerum suum, * recordátus miseri-
córdatiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, &
scémini ejus in secula.

Deinde dicitur Antiphon. & Orat. propr.

FERIA SECUNDA
AD VESPERAS.*Antiphon.*

In cli na vit. I.

*Tempore**Paschali.*

Alle lu ia.

I.

Psal.

Psalm. 114.

Dilexi, quóniam exaudiens Dóminus * vocem
oratiōnis meæ.

Quia inclināvit aurem suam mihi: * & in diēbus
meis invocābo.

Circumdedérunt me dolores mortis: * & pericula
inferni invenérunt me.

Tribulatiōnem, & dolorem invéni: * & nomen Dó-
mini invocávi.

O Dómine libera ánimam meam: * misericors Dó-
minus, & justus, & Deus noster miserétur.

Custodiens párvulos Dóminus: * humiliátus sum,
& liberávit me.

Convertere áнима mea in réquiem tuam: * quia
Dóminus benefécit tibi.

Quia eripuit ánimam meam de morte: * óculos
meos à lachrymis, pedes meos à lapsu.

Placébo Dómino * in regiōne vivōrum.

Antiphona.

In clī na vit Dominus aurem suam mi hi.



Cre di di 8.

Psalm. 115.

Créddidi, propter quod locutus sum: * ego autem
humiliátus sum nimis.

E 3

Ego

Quadragesima
Adventum.
RGNIS.
lutarímen.
ecce enim
tationes.
& sanctum
nies * i.
sit supé-
húmiles.
it inánes.
as miseri-
aham, &
A
Psal.

FERIA SECUNDA

Ego dixi in excéssu meo: * omnis homo mendax.
Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus, quæ re-
tríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * & nomen Dómini in-
vocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pôpulo
eius: * pretiôsa in conspéctu Dómini mors sanctò-
rum eius.

O Dómine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus,
& Filius ancillæ tuæ.

Dirupisti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam
laudis, & nômen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pô-
puli eius: * in átriis domus Dómini, in médio tui
Jerúsalem.

Antiphona.

Cre di di, propter quod locutus sum.

Antiphon.

Lau da te. 6.

Psalm. 116.

LAUDÁTE Dóminum omnes gentes: * laudáte eum
omnes pôpuli.

Quóniam confirmâta est super nos misericórdia ejus: *
& véritas Dómini manet in æternum,

An-

AD VESPERAS.

71

Antiphona.

Lau da te Domini num omnes gen tes.



Antiphon.

Cla ma vi. 4.

Canticum graduum. Psalm. 119.

AD Dóminum, cùm tribulárer clamávi: * & exaudívit me.

Dómine líbera ániam meam à lábiis iníquís, * & à lingua dolófa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, * ad lin-
guam dolósam?

Sagittæ poténtis acútæ,* cum carbónibus desolatóriis.
Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est, ha-
bitávi cum habitántibus Cedar: * multùm inco-
la fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cùm
loquêbar illis, impugnábant me gratis.

Antiphona.

Clama vi, & ex audi vit me.



Antiphon.

Un de ve ni et. I. E 4 psalm.

FERIA SECUNDA

Psalm. 120.

Levávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit ccelum, & terram.

Non det in commotióinem pedem tuum: * neque dormítet, qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dormiet, * qui custódit Israél.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua: * super manum déxteram tuam.


Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum, & éxitum tuum; * ex hoc nunc, & usque in sǽculum.

Antiphon.

Un de ve ni et au xi li um mi hi.

Temp.*Pasch.**Antiph.*

Al le lu ia, al le lu ia, al le lu ia.

Capitulum per Annum. 2. Cor. 1.

BEnedictus Deus, & Pater Dómini nostri JESU Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra. *Rz.* Deo grátiás.

Capit. in Adv. Quadrag. Temp. Passion. & Pasch.
sumitur ex propr. de Temp. HYM-

AD VESPERAS.

HYMNUS. per Annum.

73



IM men se cœ li con di tor, * qui mix ta
Fir mans lo cum coe le sti bus, si mûl que
In fun de nunc, pi if si me, Do num per
Lu cem fi des ad au ge at: sic lu mi
Prae sta, Pa ter pi if si me, Pa tri que



ne con fun de rent, * a qua flu en ta di videns, *
ter ræ ri vu lis; ut un da flammes temperet,
en nis gra ti æ: frau dis no væ ne çä si bus
nis ju bar fe rat: hæc va na cunc ta proterat:
compar Uni ce, cum Spi ri tu Pa ra clito.



cœ lum de di sti li mi tem.
ter ræ so lum ne dif si pent.
nos er ror at te rat ve tus.
hanc fal sa nul la comprimant.
reg nans per om ne sæ cu lum. Amen.

Sub hac, vel sequentis Feria tertiae ad Vesp. melodia cantantur Hymni per Annum. Quando fit de Feria.

¶. Dirigâtur Dómine orátiō mea.

¶. Sicut incénsum in conspécta tuo.

E 5

Ad

FERIA SECUNDA

Ad Magnificat. Antiphona.

Mag ni fi cat a ni ma me a Do mi-
nu m, quia re spe xit De us hu-
mi li ta tem me am. 8.

PRECES FERIALES.

In Fer. Adv. Quadrag. & Quatuor Temp. (exceptis Quat. Temp. Pentecost.) post Magnificat, & illius Antiph. dicuntur sequentes preces flexis genibus: alii Temporibus non dicuntur.

- Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pa-
ter noster. totum dicitur clara voce.
 ¶. Et ne nos inducas in tentatiōnem.
 ¶. Sed libera nos à malo.
 ¶. Ego dixi, Dómine miserere mei.
 ¶. Sana ániam meam, quia peccávi tibi.
 ¶. Convértere Dómine usquequò.
 ¶. Et deprecábilis esto super servos tuos.
 ¶. Fiat misericórdia tua Dómine super nos.
 ¶. Quemádmodum sperávimus in te.
 ¶. Sacerdótes tui induántur justitiam.
 ¶. Et sancti tui exultent.

¶. Dó-

- ¶. Dómine salvum fac Regem.
 ¶. Et exaudi nos in die, qua invocavérimus te.
 ¶. Salvum fac populum tuum Dómine, & bénedic
 hæreditati tuæ.
 ¶. Et rege eos, & extolle illos usque in ætérnum.
 ¶. Meménto congregatiōnis tuæ.
 ¶. Quam possedisti ab initio.
 ¶. Fiat pax in virtute tua.
 ¶. Et abundāntia in túribus tuis.
 ¶. Orémus pro fidélibus defúnctis.
 ¶. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux per-
 pétua lúceat eis.
 ¶. Requiéscant in pace. ¶. Amen.
 ¶. pro frátribus nostris abséntibus.
 ¶. Salvos fac servos tuos, Deus meus sperántes in te.
 ¶. Pro afflīctis, & captivis.
 ¶. Libera eos Deus Israēl ex ómnibus tribulatiōni-
 bus suis.
 ¶. Mitte eis Dómine auxílium de sancto.
 ¶. Et de Sion tuere eos.
 ¶. Dómine exaudi oratiōnem meam.
 ¶. Et clamor meus ad te véniat.

Deinde dicitur. Psalm. 50.

Miserere mei Deus, * secundūm magnam misé-
 ricordiam tuam.
 Et secundūm multitudinem miserationum tuarum, *
 dele iniquitatem meam.
 Amplius lava me ab iniquitate mea: * & à peccato
 meo munda me.
 Quóniam iniquitatem meam ego cognóscō: * &
 peccatum meum contra me est semper.

Tibi

FERIA SECUNDA

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.
 Ecce enim in iniquitáibus concéptus sum: * & in peccátis concépit me mater mea.
 Ecce enim veritátem dilexísti: * incépta & occulta sapiéntiae tuæ manifestásti mihi.
 Aspérges me hyssópo, & mundábor: * lavábis me,
 & super nivem dealbábor.
 Auditui méo dabis gáudium & lætitiam: * & exultábunt offa humiliáta.
 Avérte fáciem tuam à peccátis meis: * & omnes iniquitátes meas dele.
 Cor mundum crea in me Deus: * & spíritum rectum innova in viscéribus meis.
 Ne projícias me à fácie tua: * & spíritum sanctum tuum ne áuferas à me.
 Redde mihi lætítiam salutáris tui: * & Spíritu principali confirma me. (tur.)
 Docébo iníquos vias tuas: * & ímpii ad te converténtur.
 Libera me de sanguínibus Deus, Deus salútis mea: * & exultábit lingua mea justitiam tuam.
 Dómine lábia mea apéries: * & os meum annuntiábit laudem tuam.
 Quóniam si voluisses sacrificium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.
 Sacrificium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum & humiliáatum Deus non despícies.
 Benignè fac Dómine in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Jerúsalem.
 Tunc acceptábis Sacrificium justitiae, oblationes, & holocáusta: * tunc impónent super altare tuum vítulos.

Glória Patri, & Filio, * & Spirítui sancto.
Sicut erat in princípio, & nunc & semper, & in sa-
cula saeculórum. Amen.

Finito psalmo statim dicitur.

℣. Dómine Deus virtútum converte nos.

℟. Et osténde faciem tuam, & salvi érimus.

℣. Exúrge Christe, adjuva nos.

℟. Et libera nos propter nomen tuum.

℣. Dómine exáudi oratiōnem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

*Deinde dicitur Oratio. Quando verò propria non
assignatur, dicitur de Dominic. præced. ut habetur in
propr. de Temp.*

Antiph. cum Psalm. semper dicuntur ad Vesper. in
Officio Feriali, ut hic in Psalter.

Hymni dicuntur per Annum, ab Octava Pente-
cost. usque ad Advent. & ab Octava Epiph. usque
ad Dom. I. Quadragesima.

Antiph. autem ad Magnificat eisdem Tempor. us-
que ad Septuag. tantum.

Post Orationem dicuntur Suffragia de S. Cruce,
B. M. V. &c. ut infra post Vesper. Sabbati.

FERIA TERTIA AD VESPERAS.



In Domum Do mini.

4.

Tem-

*Tempore**Paschali**Antiphon.*

Al le lu ia.

4.

Psalm. 121.

Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * in domum Dómini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem. Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas: * cujus participatió ejus in id ipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dómini, * testimónium Israel ad confitendum nomini Dómini. Quia illic sedérunt sedes in judicio, * sedes super Domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem: * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtute tua: * & abundántia in túribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos, * loquēbar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsivi bona tibi.

Antiphona.

In Domum Domini laetantes ibimus.

Antiphon.

Qui habitas.

8.

Psalm.

AD VESPERAS.

79

Psalm. 122.

AD te levávi óculos meos, * qui hábitas in cœlis.
Ecce sicut óculi servórum, * in mánibus Do-
minórum suórum.

Sicut óculi ancíllæ in mánibus Dóminæ suæ: * ita
óculi nostri ad Dóminus Deum nostrum, donec
miseréatur nostri.

Miserére nostri Dómine, miserére nostri: * quia
multùm repléti sumus despectiōne.

Quia multùm repléta est ánima nostra: * oppro-
brium abundántibus, & despéctio supérbis.

Antiphona.



Qui ha bi tas in cœ lis, misé re re nobis.



Adju to ri um. I.

Psalm. 123.

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Is-
rael: * nisi quia Dóminus erat in nobis.

Cùm exúrgerent homines in nos, * fortè vivos de-
glutíssent nos.

Cùm irasperétur furor eðrum in nos: * fórsitan
aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransivit ánima nostra: * fórsitan per-
transisset ánima nostra aquam intolleráibilem.

Benedictus Dóminus, * qui non dedit nos in cap-
tionem dentibus eorum. An-


FERIA TERTIA.

Anima nostra sicut passer erépta est, * de láqueo
venántium.

Láqueus contritus est, * & nos liberati sumus.

Adjutorium nostrum in nōmine Dómini, * qui fe-
cit cœlum, & terram.

Antiphona.



Adju tori um no strum in no mine Domini.

Antiphona.

Be ne fac. 8.

Psalm. 124.

Qui confidunt in Dómino, sicut mons Sion: * non
commovébitur in æternum, qui hábitat in Je-
rusalem.


Montes in circuítu ejus: * & Dóminus in circuítu
pópuli sui, ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum
super sortem justórum: * ut non exténdant justi
ad iniquitátem manus suas.

Bénéfac Dómine bonis, * & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes, addúcet Dóminus
cum operántibus iniquitátem: * pax super Israel.

Antiphona.



Be ne fac Do mi ne bo nis, et rectis cor de.

An-

Antiphon.

Facti sumus. I.

Psalm. 125.

IN convertendo Dóminus captivitatem Sion: * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os nostrum: * & lingua nostra exultatiōne.

Tunc dicent inter gentes: * magnificávit Dóminus facere cum eis.

Magnificávit Dóminus facere nobiscum: * facti sumus lātantes.

Convérite Dómine captivitatem nostram, * sicut torrens in austro.

Qui séminant in láchrymis, * in exultatiōne metent.

Eūntes ibant & flebant, * mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatiōne, * portantes manípulos suos.

Antiph.

Facti sumus sicut consolati.

Tempore Paschali Antiphona.

Al le lu ia, al le lu ia al le lu ia.

Capitulum per Annum. 2. Cor. 1.

BEnedictus Deus, & Pater Dómini nostri JESU Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius

F con-

FERIA TERTIA

consolatiōnis, qui consolātur nos in omni tribula-
tiōne nostra. Rx. Deo grātias.

*Capitul. Hymn. & v. Advent. Quadrag. Temp.
Paf. & Pasch. sumuntur ex prop. de temp. & sic in
ceteris Feriis.*


HYMNUS per Annum.



El lu ris al me Condi tor, * mun di fo-
Ut ger men ap tum pro fe rens, ful vis de-
Men tis per uſtæ vul ne ra mun da vi-
Jus sis tu is ob tempe ret: nul lis ma-
Præ sta Pa ter pi if fi me, Pa tri que



lum qui fe pa rans, pul fis aquæ mo le fi-
co ra flo ri bus, fæ cun da fruc tu si ste-
ro re gra ti æ; ut fac ta fle tu di lu-
lis ap pro xi met: bo nis reple ri gau de-
com par U ni ce, cum Spi ri tu Pa ra cli-



is ter ram dedi sti im mo bi lem.
ret, pa stum que gra tum red de ret.
at, mo tis que pra vos at te rat.
at, et mor tis ic tum ne sci at.
to, reg nans per om ne sæ cu lum. Amen.
v. Di-

AD VESPERAS.

83

¶. Dirigatur Dómine Oratio mea.

Rz. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnificat. *Antiphon.*

Musical notation for the Antiphon 'Ex ultet Spiritus meus in Deo'. The notation is on four-line red staves. The first staff begins with a large 'b' and contains a single note. The second staff has a diamond-shaped note. The third staff has a single note. The fourth staff ends with a single note. The lyrics 'Ex ultet Spiritus meus in Deo' are written below the staves.

Sa lu ta ri me o. 5.

Preces si dicendæ sunt, habentur súptà fol. 71.

FERIA QUARTA
AD VESPERAS.

Musical notation for the Antiphon 'Non confundetur'. The notation is on four-line red staves. The first staff begins with a large 'b'. The second staff has a single note. The third staff has a single note. The fourth staff ends with a single note. The lyrics 'Non confundetur. 2.' are written below the staves.

Musical notation for the Tempore Pasch. Antiphon 'Alleluia'. The notation is on four-line red staves. The first staff begins with a large 'b'. The second staff has a single note. The third staff has a single note. The fourth staff ends with a single note. The lyrics 'Alleluia. 2.' are written below the staves.

Psalm. 126.

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt, qui ædificant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitátem, * frustrà vigílat, qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: * surgite, postquam sedéritis, qui manducáatis panem dolóris.

F 2

Cùm

FERIA QUARTA.

Cum déderit dilectis suis somnum: * ecce hærédi-
tas Dómini , filii; merces fructus ventris.
Sicut sagittæ in manu poténtis: * ita filii excussorum.
Beátus vir , qui implévit desidérium suum ex ipsis: *
nón confundétur, cum loquétur inimícis suis in
porta.

Antiphon.

Non confundetur cum loque tur
inimicis suis in porta.

Antiphon.

Beati omnes. 2.

Psalm. 127.

BÉATI omnes, qui timent Dóminum, * qui ám-
bulant in viis ejus.
Labores manuum tuarum quia manducabis: * beá-
tus es, & benè tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus do-
mus tuæ.
Filii tui sicut novellæ olivârum, * in circúitu men-
sæ tuæ.
Ecce sic benedicetur homo, * qui timet Dóminum.
Benedicat tibi Dóminus ex Sion: * & vídeas bona
Jerúalem ómnibus diébus vitæ tuæ.
Et vídeas filios filiorum tuorum, * pacem super Israel.

An-

AD VESPERAS.

85

Antiphona.



Be a ti omnes, qui ti ment Do mi num.

Antiph.



Sæ pè.

4.

Psalm. 128.

Sæpè expugnavérunt me à juventutē mea, * di-
cat nunc Israel.

Sæpè expugnavérunt me à juventutē mea: * étenim
non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres: *
prolongavérunt iniquitatem suam.

Dóminus justus concídit cervíces peccatórum: * con-
fundántur & convertántur retrórsum omnes, qui
odérunt Sion.

Fiant sicut Foenum tectórum: * quod, priúsq; am
evellátur, exáruit.

De quo non implévit manum suam, qui metit, * &
finum suum, qui manípulos colligit.

Et non dixerunt, qui præteríbant: benedíctio Dó-
mini super vos: * benedíximus vobis in nómine
Dómini.

Antiphona.



Sæ pè expugnaverunt me à juventute mea.

F 3

An-

FERIA QUARTA

Antiphon.

De pro fun dis.

I.

Psalm. 129.

DE profundis clamávi ad te Dómine: * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendéntes, * in vocem depreca-
tiōnis meæ.

Si iniqüitātes observáveris Dómine: * Dómine quis sustinēbit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem
tuam sustinui te Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit áni-
ma mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Is-
rael in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: * & copiosa
apud eum Redémpcio.

Et ipse rediñet Israel, * ex ómnibus iniqüitáribus ejus.

Antiphona.

De profun dis clama vi ad te Domine.

Antiphon.

Spē ret.

I.

Psalm.

Psalm. 130.

Domine, non est exaltatum cor meum: * neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis, * neque in mirabilibus super me. (meam.)

Si non humiliter sentiebam: * sed exaltavi animam Sicut ablactatus est super matre sua, * ita retributio in anima mea.

Speret Israel in Domino, * ex hoc nunc, & usque in saeculum.

Antiphona.



Spe ret Israël in Domino.

Temp.

Pasch.

Antiph.

Al le lu ia, al le lu ia, al le lu ia.

Capitulum. per Annum. 2. Cor. 1.

Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulacione nostra. *R. Deo gratias.*

HYMNUS per Annum.

Canitur sub melodia Fer. II. aut III. ut suprad.

Coeli Deus sanctissime, *

Qui lucidas mundi plagas

Candore pingis igneo,

Augens decoro lumine.

F 4

Quar-

FERIA QUARTA

*

Quarto die qui flammeam
Dum solis accendis rotam;
Lunæ ministras ordinem,
Vagósque cursus siderum:

*

UT noctibus, vel lumini
Diremptionis terminum,
Primordiis & mensium
Signum dares notissimum.

*

Expelle noctem cordium:
Absterge fordes mentium:
Resolve culpæ vinculum:
Everte moles criminum.

*


Præsta Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

¶. Dirigatur Dómine Oratio mea.

¶. Sicut incénsum in conféctu tuo.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

Re spe xit Do mi nus humili ta tem
me am, & fe cit in me magna,
qui

 qui po tens est.

8.

Preces si dicendæ sunt, habentur sup. fol. 71.

FERIA QUINTA AD VESPERAS.

Antiphon.

Et om nis.

I.

Temp.

Pasch.

Antiph.

Al le lu ia.

I.

Psalm. 131.

Méménto Dómine David, * & omnis mansue-túdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob. Si introíero in tabernáculum domus meæ, * si ascéndo in lectum strati mei.

Si dédero somnum óculis meis, * & pálpebris meis dormitatiōnem.

Et réquiem tempóribus meis, donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata: * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus: * adorábimus in loco, ubi stetérunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam, * tu, & arca sanctificationis tuæ.

F 5

Sa-

FERIA QUINTA

Sacerdótes tui induántur justítiā: * & Sancti tui
exultent. (Christi tui.

Propter David servum tuum, * non avértas fáciem
Jurávit Dóminus David veritátem, & non frustrá-
bitur eam: * de fructu ventrī tui ponam super
sedem tuam.

Si custodíerint filii tui testaméntum meum, * & te-
stimónia mea hæc, quæ docébo eos.

Et filii eórum usque in sǽculum, * sedébunt super
sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion: * elégit eam in ha-
bitatiōnem sibi.

Hæc réquies mea in sǽculum sǽculi: * híc habitâ-
bo, quóniam elégi eam.


Víduam ejus benedicens benedicam: * páuperes
eius saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári: * & Sancti ejus
exultatiōne exultábunt.

Illuc prodúcām cornu David, * parávi lucérnam
Christo meo.

Inimícos ejus índuam confusióne: * super ipsum au-
tem efflorébit sanctificatiō mea.

Antiphona.



Et om nis mansuetu di nis e jus.



Antiph. Ec ce quám bo num.

4.

Psalm.

Psalms. 132.


Ecce quām bonum, & quām jucundum, * habitāre fratres in unum.

Sicut unguentum in capite, * quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti ejus: * sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiōnem, * & vitam usque in saeculum.

Antiphona.



Antiphon.

Omnia.

3.

Psalms. 134.

Laudáte nomen Dómini, * laudáte servi Dóminum.
Qui statis in domo Dómini, * in átriis domus
Dei nostri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus: * pfal lite nōmini ejus, quóniam suave.

Quóniam Jacob élégit sibi Dóminus, * Israel in
possessiōrem sibi.

Quia

FERIA QUINTA

Quia ego cognóvi, quòd magnus est Dóminus, * &
Deus noster præ ómnibus Diis.

Omnia quæcunque vóluit, Dóminus fecit in cœlo,
& in terra, * in mari, & in ómnibus abyssis.

Edúcens nubes ab extremo terræ: * fúlgura in plú-
viam fecit.

Qui prodúcit ventos de thesauris suis: * qui percús-

* sit primogénita Ægypti ab homine usque ad pecus.
Et misit signa, & prodígia in médio tui Ægypte; * in
Pharaônem, & in omnes servos ejus.

Qui percússit gentes multas: * & occidit reges fortes.

Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan, *
& ómnia regna Cháana.

Et dedit terram eórum hæreditatēm, * hæreditatēm Israel populo suo.

Dómine, nomen tuum in æternū: * Dómine me-
moriāle tuum in generatiōnem, & generatiōnem.

Quia judicabit Dóminus populum suum: * & in ser-
vis suis deprecabitur.

Simulára géntium argéntum & aurum, * ópera
mánuum hominum.

Os habent, & non loquéntur: * óculos habent, &
non vidébunt.

Aures habent, & non áudent: * neque enim est
spíritus in ore ipsorum.

Símiles illis fiant, qui faciunt ea: * & omnes, qui
confidunt in eis.

Domus Israel benedícite Dómino: * Domus Aaron
benedícite Dómino.

Domus Levi benedícite Dómino: * qui timétis
Dóminum, benedícite Dómino.

Be-

AD VESPERAS.

93

Benedictus Dominus ex Sion, * qui habitat in Ierusalem.

Antiphona.

Omni a quæcunque Dominus voluit fecit.

Antiphon.

Quoni am. 3.

Psalm. 135.

Confitemini Domino, quoniam bonus: * quoniam in æternum misericordia ejus.

Confitemini Deo Deorum: * quoniam in æternum misericordia ejus.

Confitemini Domino Dominorum: * quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui facit mirabilia magna solus: * quoniam &c.

Qui fecit coelos in intellectu: * quoniam &c.

Qui firmavit terram super aquas: * quoniam &c.

Qui fecit luminaria magna: * quoniam &c.

Solem in potestatem dei: * quoniam &c.

Lunam & stellas in potestatem noctis: * quoniam &c.

Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum: * quoniam &c.

Qui eduxit Israel de medio eorum: * quoniam &c.

In manu potenti, & brachio excelsso: * quoniam &c.

Qui divisit mare rubrum in divisiones: * quoniam &c.

Et eduxit Israel per medium ejus: * quoniam &c.

Et excussum Pharaonem & virtutem ejus in mari rubro: * quoniam &c.

Qui

FERIA QUINTA

Qui traduxit populum suum per desertum: * quóniam &c.

Qui percussit reges magnos: * quóniam &c.

Et occidit reges fortes: * quóniam &c.

Sehon regem Amorrhæorum: * quóniam &c.

Et Og regem Basan: * quóniam &c.

Et dedit terram eorum hæreditatem: * quóniam &c.

Hæreditatem Israel servo suo: * quóniam &c.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: * quóniam &c.


Et redemit nos ab inimicis nostris: * quóniam &c.

Qui dat escam omni carni: * quóniam &c.

Confitimini Deo Cœli: * quóniam &c.

Confitimini Dómino Dominorum: * quóniam in æternum misericordia ejus.

Antiphona.



Quo ni am in æ ter num mi se ri-
cor di a e jus.



Hymnum cantate nobis. 8.

Psalm. 136.

Super flumina Babylônis, illic sedimus, & flévimus: * cùm recordarèmur Sion. In

In salicibus in medio ejus, * suspéndimus órgana nostra.

Quia illic interrogavérunt nos, qui captívos duxé-
runt nos, * verba cantionum.

Et qui abduxérunt nos: * Hymnum cantáte nobis
de cánticis Sion.

Quómodo cantábimus cánticum Dómini * in terra
aliéna?

Si oblítus fúero tui Jerúsalem, * oblivíóni detur
déktera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, * si non me-
mínero tui.

Si non proposuero Jerúsalem, * in princípio læti-
tiae meæ.

Memor esto Dómine filiorum Edom, * in die Je-
rusalem.

Qui dicunt: exinaníte, exinaníte, * usque ad fun-
daméntum in ea.

Fília Babylónis mísera: * beátus, qui retríbuet tibi
retributionem tuam, quam retríbuísti nobis.

Beátus, qui tenébit, * & allídet párvulos tuos ad
petram.

Antiphona.



Hymnum cantate nobis de can- ti cis Si on.

Tempore

Paschali

Antiphon.

Al le lu ia, al le lu ia, al le lu ia.

Ca-

FERIA QUINTA.

Capitulum per Annum *obibit* 2. Cor. 1.

Benedictus Deus, & Pater Dómini nostri JEsu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in' omni' tribulatiōne nostra. *Rz.* Deo grātias.

HYMNUS. *per Annum.*

MAgnae Deus potentiae,
Qui fertili natos aqua
Partim relinquis gurgiti,
Partim levas in aera.

*

DEmersa lymphis imprimens,
Subvecta cœlis erigens:
Ut stirpe ab una prodita,
Diversa repleant loca.

*

LArgire cunctis servulis,
Quos mundat unda sanguinis,
Nescire lapsus criminum,
Nec ferre mortis tedium.

*

Ut culpa nullum deprimat:
Nullum efferat jactantia:
Elisa mens ne concidat:
Elate mens ne corruat.

*

Præsta Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.
v. Dirigatur Dómine Oratio mea.
Rz. Sicut incénsum in conspéctu tuo. Ad

AD VESPERAS.

97

Ad Magnificat. *Antiphona.**Preces quando dicenda sunt, habentur suprà fol. 74.*FERIA SEXTA
AD VESPERAS.*Psalm. 137.*

Confítēbor tibi Dómine in toto corde meo: *
quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelôrum psallam tibi: * adorábo ad
templum sanctum tuum, & confitēbor nómini tuo.

G

Su-

Amen.

Ad

Super misericórdia tua, & veritáte tua: * quóniam magnificásti super omne nomen sanctum tuum.

In quacúnque die invocávero te, exáudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Consiteántur tibi Dómine omnes reges terræ: * quia audiérunt ómnia verba oris tui.


Et cantent in viis Dómini: * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, & humilia réspicit: * & alta à longè cognoscit.

Si ambulávero in médio tribulatiōnis, vivificábis me: * & super iram inimicōrum meórum exten-disti manum tuam, & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: * Dómine misericórdia tua in sacerdócio: ópera manuum tuarum ne despicias.


Antiphona.



In conspectu Ange lo rum psallam ti bi



De us me us.



Do mine.

3.

Psalm. 138.

Dómine probásti me, & cognovísti me: * tu cognovísti sessiōnem meam, & resurrectiōnem meam.

In-

AD VESPERAS.

99

Intellexisti cogitationes meas de longe: * semitam
meam, & funiculum meum investigasti.

Et omnes vias meas prævidisti: * quia non est ser-
mo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovisti ómnia, novíssima & an-
tiqua: * tu formasti me, & posuisti super me ma-
num tuam.

Mirabilis facta est sciéntia tua ex me: * confortata
est, & non póttero ad eam.

Quò ibo à Spiritu tuo? * & quò à facie tua fúgiām?
Si ascéndero in coelum, tu illic es: * si descéndero
in inférnum, ades.

Si sumpsero pennas meas dilúculò: * & habitávero
in extrémis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me: * & tenēbit
me dexterā tua.

Et dixi: forsitan tenebræ conculcábunt me: * &
nox illuminatio mea in déliciis meis.

Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut
dies illuminabitur: * Sicut tenebræ ejus, ita &
lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos: * suscepisti me de
útero matris meæ.

Confítēbor tibi, quia terribiliter magnificatus es: *
mirabilia ópera tua, & anima mea cognoscit nimis.

Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in
occulto: * & substântia mea in inferioribus terræ.

Imperfécum meum vidérunt óculi tui, & in libro tuo
omnes scribentur: * dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: *
nimis confortatus est principatus eorum.

G 2

Di-

FERIA SEXTA.

Dinumerábo eos, & super arénam multiplicabúntur: *
exurréxi, & adhuc sum tecum.
Si occíderis Deus peccatóres: * viri sanguinum de-
clináte à me.


Quia dícitis in cogitatiōne: * accípient in vanitāte
civitátes tuas.

Nónne qui odérunt te Dómine, óderam: * & su-
per inimícos tuos tabescébam?

Perfécto ódio óderam illos: * & inimíci facti sunt mihi.
Proba me Deus, & scíto cor meum: * interroga
me, & cognósce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitatis in me est: * & deduc me
in via æterna.

Antiphona.



Do mi ne probasti me, et cognovi sti me.

Antiphona.



A Viro in quo.

4.

Psalm. 139.

Eripe me Dómine ab hómine malo: * à viro iní-
quo éripe me.

Qui cogitáverunt iniquitátes in corde: * tota die
constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis: * venénum
áspidum sub lábiis eorum.

Custodi me Dómine de manu peccatóris: * & ab
homíñibus iníquis éripe me.

Qui

AD VESPERAS.

101

Qui cogitavérunt supplantâre gressus meos: * ab-
scondérunt supérbî láqueum mihi.
Et funes extendérunt in láqueum: * juxta iter scán-
dalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu: * exáudi Dómine
vocem deprecationis meæ.

Dómine, Dómine virtus salútis meæ: * obumbrássu
super caput meum in die belli.

Ne tradas me Dómine à desidério meo peccatóri: *
cogitavérunt contra me, ne derelinquas me, ne
fortè exalténtur.

Caput circúitus eórum: * labor labiòrum ipsòrum
opériet eos.

Cadent super eos carbónes, in ignem dejícies eos: *
in misériis non subsistent.

Vir linguôsus non dirigétur in terra: * virum injû-
stum mala cápient in intéritu.

Cognóvi, quia fáciet Dóminus judícum ínopis, * &
vindictam páuperum.

Verúmtamen justi confitebúntur nómini tuo: * &
habitábunt recti cum vultu tuo.

Antiphona.

A viro i ni quo li be ra me Do mine.



Domâne clama vi.

8.

G 3

Psalm.

FERIA SEXTA.

Psalm. 140.

Domine clamávi ad te, exaudi me: * intende
voci meæ, cùm clamávero ad te.
Dirigátur oráto mea sicut incénsum in conspéctu
tuo: * elevatio mánum meárum sacrificium ve-
spertinum.

Pone Dómine custódiam ori meo: * & óstium cir-
cumstantiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malitiæ, * ad ex-
cusandas excusatíones in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem, * & non
communicábo cum éléctis eórum.

Corrípet me justus in misericórdia, & increpábit
me: * óleum autem peccatóris non impínguet
caput meum.

Quóniam adhuc & oráto mea in beneplácitis eó-
rum: * absórpti sunt juncti petræ júdices eórum.

Audient verba mea, quóniam potuérunt: * sicut
crassitudo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra securus inférnum: * quia ad
te Dómine, Dómine óculi mei: in te sperávi, non
áuferas ánimam meam.

Castodi me à láqueo, quem statuérunt mihi: * &
à scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres: * singuláriter
sum ego, donec tránseam.

Antiphona.

Do mì ne cla ma vi ad te, ex au di me.
Por-

Antiphon.

Por ti o me a.

Psalm. 141.

VOCE mea ad Dóminum clamávi: * voce mea ad
Dóminum deprecátus sum.

Effúndo in conspéctu ejus oratiōnem meam, * &
tribulatiōnem meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me Spíritum meum: * & tu cog-
novísti sémitas meas.

In via hac, qua ambulábam, * abscondérunt lá-
queum mihi.

Considerábam ad déxteram, & vidébam: * & non
erat, qui cognósceret me.

Périit fuga à me, * & non est, qui requírat ánimam
meam.

Clamávi ad te Dómine, * dixi: tu es spes mea,
pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecationem meam: * quia humiliá-
tus sum nimis.

Libera me à persequéntibus me: * quia confortáti
sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confitendum nó-
mini tuo: * me expéctant justi, donec retríbuas
mihi.


Antiphona.

Por ti o me a Domine sit in terra

G 4

vi-

FERIA SEXTA



vi ven ti um.
Tempore Paschali Antiphona.



Al le lu ia, al le lu ia, alle lu ia.

Capitulum per Annum. 2. Cor. 1.
Benedictus Deus, & Pater Dómini nostri JEsu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolátur nos in omni tribulatiōne nostra. *R. Deo grátias.*

HYMNUS. *per Annum.*

Hominis superne conditor,
Qui cuncta solus ordinans,
Humum jubes producere
Reptantis & feræ genus.
*

Et magna rerum corpora,
Dictu jubentis vivida,
Per temporum certas vices
Obtemperare servulis.
*

REpelle, quod cupidinis
Ciente vi nos impedit,
Aut moribus se suggesterit,
Aut actibus se interserit.
*

Da gaudiorum præmia,
Da gratiarum munera;
*

Dic

Dissolve litis vincula,
Adstringe pacis foedera.

*

PRæsta Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

v. Dirigatur Dómine Oratio mea.
R. Sicut incensum in conspectu tuo.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

De po su it po ten tes, sanctos perse
quen tes: et ex alta vit hu miles

Christum con fi tentes. I.

Preces quando dicenda sunt, habentur suprà fol. 74.

SABBATO

AD VESPERAS.

Antiphon.

Be ne dic tus.

G 5

6.

Tem-

*Tempore
paschali
Antiphon.*

Al le lu ia.

Psalm. 143.

Benedictus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælum, * & dígitos meos ad bellum. Misericórdia mea, & refúgium meum: * fuscéptor meus, & liberátor meus.

Protéctor meus, & in ipso sperávi: * qui subdit pólum meum sub me.

Dómine, quid est homo, quia innotuísti ei? * aut filius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitati similis factus est: * dies ejus sicut umbra prætereunt.

Dómine inclína cœlos tuos, & descénde: * tanige montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruscationem, & dissipábis eos: * emítte sagittas tuas, & conturbábis eos.

Emitte manum tuam de alto, éripe me, & líbera me de aquis multis: * de manu filiorum alienorū.

Quorum os locútum est vanitatem: * & déxtera eórum déxtera iniquitatis.

Deus cáanticum novum cantábo tibi: * in psaltério decachórdo psallam tibi.

Qui das salutem régibus: * qui redemísti David seruum tuum de gladio maligno: éripe me.

Et érue me de manu filiorum alienorū, quorum os locútum est vanitatem: * & déxtera eórum déxtera iniquitatis.

Quorum filii, sicut novellæ plantationes * in juventute sua.

Fí-

Filiæ cōrūm compōsitæ : * circumornatæ ut similitūdo templi.

Promptuaria eōrum plena, * eructantia ex hoc in illud.
Oves eōrum fœtōsæ, abundantes in egrēssib⁹ suis : *
boves eōrum crassæ.

Non est ruīna macerīæ, neque trānsitus, * neque
clamor in platēis eōrum.

Beātum dixerunt pōpulum, cui hæc sunt : * beātus
pōpulus, cuius Dōmitius Deus ejus.



Be ne dic tus Do mi nus Deus meus.



Per sin gulos di es. 8.

Psalm. 144.

Exaltabo te, Deus meus Rex: * & benedicam
nōmini tuo in sēculum, & in sēculum sēculi.

Per singulos dies benedicam tibi: * & laudabo no-
men tuum in sēculum, & in sēculum sēculi.

Magnus Dōminus, & laudabilis nimis: * & magni-
tudinis ejus non est finis.

Generatiō & generatiō laudabit ópera tua: * & po-
tentiam tuam pronuntiābunt.

Magnificéntiam gloriæ sanctitatis tuae loquēntur: *
& mirabília tua narrábunt.

Et virtutem terribilium tuorum dicent: * & magni-
tudinem tuam narrábunt.

Me-

Memóriam abundántiæ suavitatis tuæ eructábunt: *
 & justitia tua exultábunt.

Miserátor & misericors Dóminus: * pátiens, & mul-
 tum misericors.

Suavis Dóminus univérsis: * & miseratíones ejus su-
 per ómnia ópera ejus.

Confiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua: * &
 sancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent: * & poténtiam tuam lo-
 quéntur.

Ut notam fácent filiis hóminum poténtiam tuam: *
 & glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum regnum ómnium sacerdórum: * & do-
 minatió tua in omni generatióne, & generationem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis: * & sanctus
 in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes qui córruunt: * & érigit
 omnes elífos.

Oculi ómnium in te sperant Dómine: * & tu das
 escam illórum in tempore opportúno.

Aperis tu manum tuam: * & imples omne ánimál
 benedictiōne.

Justus Dóminus in ómnibus viis suis: * & sanctus in
 ómnibus opéribus suis.


Propè est Dóminus ómnibus invocántibus eum: *
 ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium se fáciet, * & deprecatiō-
 nem exaudiens: & salvos fáciet eos.

Custódit Dóminus omnes diligéntes se: * & omnes
 peccatóres disperdet.

Lau-

Laudatiōnem Dómini loquētur os meum: * & be-
nedicat omnis caro nōmini sancto ejus in sāculum,
& in sāculum sāculi.

Antiphona.

Per singulos di es benedi cam te Domine.



Lau da bo.

Psalm. 145.

LAUDA áнима mea Dóminum, laudábo Dóminum
in vita mea: * psallam Deo meo quāndiu fūero.
Nolite confidere in princípibus: * in filiis hóminum,
in quibus non est salus.

Exibit spíritus ejus, & revertētur in terram suam: *
in illa die peribunt omnes cogitationes eōrum.

Beátus, cuius Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in
Dómino Deo ipsius: * qui fecit cōclum & terram,
mare, & ómnia quae in eis sunt.

Qui custódit veritātem in sāculum, facit judícium in
iūriam patiēntibus: * dat escam esuriēntibus.

Dóminus solvit compeditos: * Dóminus illuminat
cæcos.

Dóminus erigit elíos: * Dóminus díligit justos.
Dóminus custódit ádvenas, pupillum & víduam su-

scipiet: * & vias peccatórum dispérdet.

Regnabit Dóminus in sācula, Deus tuus Sion: * in
generatiōnem, & generatiōnem.

An-

Antiphona.

Lau dabo De um me um in vi ta me a.



De o no stro. 8.

Psalm. 146.

LAUDATE DÓMINUM QUÓNIAM BONUS EST PSALMUS: *
DEO NOSTRO SIT JUCÚnda, DECÓRAQUE LAUDÁTIO.
ÆDIFICANS JERÚSALEM DÓMINUS: * DISPERSIÓNES ISRAËLIS CONGREGÁBIT.

QUI SANAT CONTRÍTOS CORDE: * & ÁLLIGAT CONTRITIÓNES
CÓRUM.

QUI NÚMERAT MULTITÚDINEM STELLÁRUM: * & ÓMNI-
BUS EIS NÓMINA VOCAT.

MAGNUS DÓMINUS NOSTER, & MAGNA VIRTUS EJUS: * &
SAPIÉNTIÆ EJUS NON EST NÚMERUS.

SUSCIPIENS MANSUÉTOS DÓMINUS: * HUMILIANS AUTEM
PECCATÓRES USQUE AD TERRAM.

PRÆCÍNITE DÓMINO IN CONFESSIÓNE: * PSÁLLITE DEO
NOSTRO IN CÍTHARA.

QUI ÓPERIT CŒLUM NÚBIBUS: * & PARAT TERRÆ PLUVIAM.

QUI PRODÚCIT IN MÓNTIBUS FŒNUM: * & HERBAM
SERVITÚTI HÓMINUM.

QUI DAT JUMÉNTIS ESCAM IPSÓRUM: * & PULLIS CORVÓ-
RUM INVOCÁNTIBUS EUM.

NON IN FORTITÚDINE EQUI VOLUNTÁTEM HABÉBIT: * NEC
IN TIBIIS VIRI BENEPLÁCITUM ERIT EI.

Be-

AD VESPERAS.

111

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum: * &
in eis qui sperant super misericórdia ejus.

Antiphona.

De o no stro ju cùn da sit lau dá ti o.
Lau da.

Psalm. 147.

LAUDA Jerúsalem Dóminum: * lauda Deum tuum
Sion.

Quóniam confortâvit seras portârum tuârum: * be-
nedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: * & ádipe frumenti
fatiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ: * velóciter cur-
rit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cine-
rem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas: * ante fáciem
frígoris ejus quis sustinébit?

Emítte verbum suum, & liquefáciet ea: * flabit
Spíritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob, * justítias &
judícia sua Isräél.

Non fecit táliter omni natióni: * & judícia sua non
manifestávit eis.

An-

SABBATO.

Antiphona.



Temp.

Pasch.

Antiph.

Lau da Je ru sa lem Do mi num.
 Al le lu ia, al le lu ia, al le lu ia.
 Capitulum. Rom. 11.

Ab Octava Pentecost. usque ad Advent. & ab Octav. Epiph. usque ad Septuag.

O Altitudo divitiarum sapientiae, & scientiae Dei: quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus! **R.** Deo gratias.

Aliis Temporibus sumitur Capitulum ex Propri. de Tempore.

HYMNUS. per Annum.



Jam sol re ce dit ig ne us,* tu lux
 Te ma nè lau dum car mine, te de
 Pa tri si mûl que Fi li o, ti bí-



per en nis U ni tas, no stris be a ta
 preca mur ve spe rè; digne ris ut te
 que sancte Spi ri tus, si cut fu it, sit

Tri-




Tri ni tas, in fun de lu men cor di bus,
Sup pli ces laude mus in ter cœ li tes.
ju gi ter sæclum per omne glo ri a. Amen.
¶. Vespertina Oratio ascéndat ad te Dómine.
¶. Et descéndat super nos misericórdia tua.

*Supradictus Hymnus & ¶. dicitur ab Oct. Epiph.
usque ad Sabbat. Quadrag. Ab oct. Pentecost. us-
que ad Advent.*


Ad Magnificat. *Antiphon.*
Ab Octava Epiph. usque ad Septuages.



Susce pit De us If ra el pu e rum



su um: si cut lo cu tus est ad Ab ra ham,



& se men e jus, ex al ta re hu mi les



us que in sæculum. 7.

*Aliis temporibus sumitur Antiphona ad Magni-
ficat ex proprio de tempore.*

H

Dein-

*Deinde dicitur Oratio propria, & fiunt commemora-
morat. commun. seu suffragia Sanctorum.*

**COMMEMORATIONES seu SUFFRAGIA
extra tempus Paschale.**

De Cruce

In Feriali tantum Officio. Antiphon.

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first staff begins with a large square note, followed by a series of smaller notes. The second staff continues the pattern. Below the notation, the Latin text of the antiphon is written in a cursive Gothic script.

Per signum Crucis de i ni mi cis no stris

- li be ra nos Deus no ster. I.
 ¶. Omnis terra adôret te & psallat tibi.
 ¶. Psalmum dicat nômini tuo Dómine.

Orêmus.

PErpetua nos, quæsumus Dómine, pace custodi: quos per lignum sanctæ Crucis redimere dignatus es.

De S. Maria.

Quando non dicitur ejus Officium parvum. Antiph.

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first staff begins with a large square note, followed by a series of smaller notes. The second staff continues the pattern. Below the notation, the Latin text of the antiphon is written in a cursive Gothic script.

Sancta Mari a suc cur re mi se ris,

ju va pu fil la ni mes,

re-

AD VESPERAS.

115

re fo ve fle biles, o ra pro
po pulo, in ter ve ni pro Cle ro,
in ter ce de pro de vo to fe mi-
ne o, se xu: sen ti ant omnes tu. um
ju va men, qui cun que ce-
le brant tu am sanctam commemora-
ti o nem. I.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Chrésti.

H 2

Ore-

SABBATO

Orémus.

Concéde nos famulos tuos, quæsumus Dómine
Deus, perpétua mentis, & Córporis sanitâte
gaudere: & gloriôsa beátæ Maríæ semper Vírginis
intercessiône, à præsenti liberari tristitia, & ætérna
pérfrui lâtitia.

Ab Octava Epiph. usque ad Purif. dicitur.

ꝝ. Post partum Virgo inviolâta permanfisti.

ꝝ. Dei génitrix intercède pro nobis.

Orémus.

Deus, qui salûtis ætérnæ beátæ Maríæ Virginitâ-
te fœcúnda, humâno gêneri præmia præstîsti:
tribue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere
fentiâmus, per quam merúimus auctôrem vitæ fuscípe-
re, Dóminum nostrum JEsum Christum Filium tuum.

De Apostolis.

Ad vesperas Antiphon.

P E trus A po stolus, et Paulus
Doctor genti um, ip si nos docu e-
runt le gem tu am Do mi ne.
ꝝ. Con-

8.

*¶. Confítües eos príncipes super omnem terram.
¶. Mémores erunt nóminalis tui Dómine.*

Orémus.

Deus, cùjus dexterá beatum Petrum ambulántem
in flúctibus ne mergerétur eréxit: & coapóstolum
eius Paulum tértiò naufragántem de profundo
pélagi liberávit: exaudi nos propitius, & concéde;
ut ambórum méritis, aeternitatis glóriam consequâ-
mur.

*De Patrono vel Titulari Ecclesiae fiat commemo-
ratio consueta ante vel post commemorationes prä-
dictas, pro dignitate illius, & ultimo loco de Pace.*

Pro Pace. *Antiph.*

Da pacem Domine in diebus
nostris, qui a non est a li us,
qui pugnet pro nobis, ni si tu Deus

H 3

no-



noster.

I.

¶. Fiat pax in virtute tua.

¶. Et abundantia in tūrribus tuis.

Orémus.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut & corda nostra mandatis tuis dédita, & hóstium sublata formídine tempora sint tua protectiōne tranquilla. Per Dóminum. &c.

¶. Dóminus vobiscum.

¶. Et cum spíritu tuo.

¶. Benedicámus Dómino.

¶. Deo grátiás.

¶. Fidélium ánime per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ¶. Amen.

Dicitur commemorationes seu suffragia dicuntur ab Octava Pentecostē usque ad Adventum, & ab Octava Epiph. usque ad Dominicam Passionis, exceptis duplicibus, & infra Octavas.

Quando dicitur officium B. Mariae, non sit alia commemoratio de ea.

TEMPORE PASCHALI.

Loco omnium suffragiorum sit sola commemorationis de Cruce, ut sequitur, exceptis duplicibus, & infra Octavas.

Antiphona.

Cru-

AD VESPERAS.

119



V. Dícite in natióibus, Alleluia.

B. Quia Dóminus regnávit à ligno, Alleluia.

Orémus.

Deus, qui pro nobis Filium tuum Crucis patíbulum subire voluísti; ut inimici à nobis expelle res potestátem: concéde nobis famulis tuis; ut resurrectiōnis grátiam consequámur. Per eúndem Dóminum. &c.

AD COMPLETORIUM.

Lector incipit. Jube Domne benedicere.

Benedictio. Noctem quietam, & finem perféctum concédat nobis Dóminus Omnipotens. **R.** Amen.

H 4

Lectio